

Utrum M^r. G^{li}. ordinis Predicatorum possit sine cognitione iudiciali causae, in
Prova^{te} Bethica privare duos sibi subditos Religiosos, honoribus, & gradibus Magis-
terii, & Presentature, unius & alterius, quorum portione pacifica fruebantur.

incurtus rei Consideratione, si ad Communia iuris principia attendamus, cer-
timet neminem inauditum, nec posse, nec debere possessione privari. sed quia in
Religionibus, speciales inveniuntur leges, quarum alie statim Communem Religiosorum,
altere municipales determinatarum Religionum, & determinatarum Provinciarum
intra eam dem Religionem respiciunt; oritur dubitandi ratio.

Procedit de iudicio, sit Unica Conclusio: M^r. G^{li}. ordinis Predicatorum in Prova^{te}
Bethica, neminem sibi subditum Religiosum potest inauditum, & sine cognitione pro-
via, & iudiciali causae, privare gradibus Magisterii, vel Presentature, quod si ita fue-
rit totum irritum est & inane. Probatur 1. ratione auctoritatis Prelati solum se exten-
dit ad id, ad quod vota, & subiectio per professionem facta subditi profitentis illi tri-
buunt; ut patet nam cum hae auctoritates limitatas sit, necesse est, spatium limitatum
habere, intra cuius terminum operetur, & hic constituitur & designatur auctoris profes-
sionis; sed sicut quod per nullum illorum, nec per professionem ipsam subicit Religiosus
iurisdictioni, & auctoritati Prelati, honores sanctos Religionis, ut Magisterium, & pre-
sentaturam: ergo auctoritas cuiuscunque Prelati, non se extendit ad privandum sibi
subditum Magisterio, & presentaturam, ut pote rebus honorificis cum honore sancto Reli-
gionis. Maior patet, Consequentia inferitur, & probatur minor.

Omne quod Monachus abdicat & abrogat per professionem, subicit auctoritati,
& arbitrio Prelati, & quod non abdicat, & abrogat non subicit, certum quidem est
non abrogare honores sanctos cum Magisterio, & Presentatura essentialiter Conexus
ut ait Thoma^s. 2. 2. q. 186. artic. 1. ad 4. ubi noster Caietanus fere verba ad inten-
tum prolatis ait. de honore autem sancto in littera simpliciter dicitur: quod non convenit
Religiosis renunciare illi: ubi advertendum est, quod quia honor ecclesiasticus procul-
tatur sanctus honor est, quia ecclesia ipsa sancta est: Ideo non spectat ad perfectionem
Religionis renunciare ecclesiasticis honoribus. quod circa reprehensione digni sunt Reli-
giosi abdicantes a suis honore Magisterii in theologia, sicut reprehendendum est, si
pauciter nollent habere sacros, qui honorandi sunt loco, & aliis reuerentie signis,
& loquor de Religionibus institutis ad Predicandum, in quibus constat. Sancti Patra
num modi honore donati. ita Caietanus.

Ex cuius verbis, Doctrina ut pote evidenti inferitur primo, Magisterium & presen-
taturam esse sanctos honores, quia ecclesiastici sunt, & quod non renunciatur Religio-
sorum, & Consequenter quod eos non subicit, nec arbitrio, nec voluntati & aucto-
ritati prelatorum, quia hae renuntiatio non pertinet ad perfectionem Religionem, & quod
in Religionibus, in quibus predicatio sancta est finis principaliter intentus, reprehen-
sione digni sunt superiores privantes sibi subditos, similibus sanctis honoribus, & ac-
tori digni reprehensione, privantes illis subditos pacifice providentes, in auditu, in defen-
sa sine iudiciali causae, & criminis cognitione, maxime in Religione predicatorum, ad
finem sancti evangelii predicationis specialiter instituta. = Ultimo inferitur, quod Mona-
chus per professionem, non subicit prelato iurisdictioni, & auctoritati, honores sanctos Reli-
gionis, nec M^r. G^{li}. potest privare illis eos sine cognitione causae: sine ea autem poterit

sane priuare eos tunica, & pallio etc; sed non fama, pecunia, sed non honore, quia primus
pedibus Prelatorum per uotum paupertatis subicit, non secundum per cultum uotum.

6 Quot alia ratione non minoris efficacis conclusionem probemus; Supponendum est quod
in Bethica Prouⁱⁿ amnis gradus, tam Magisterii, quam Presentatur^e, uel hec titulo lectio-
nis, uel predicationis titulo sint collate, conferuntur auctoritate app^{ea}, nam si iusta &
intra numerum Prouⁱⁿ conferantur, talis numerus determinatus, ex priuilegio sedis Apo-
tolice dimanat, tribuente Prouⁱⁿ Bethice facultatem & postulandi, & acceptandi, ita
taliter, quod nec Prouⁱⁿ supra numerum postulare, nec M^gli conferre & instituere
potest: unde inferitur Religiosum Magisterii, uel Presentatur^e, gradibus fruente^m, in-
tra numerum determinatum Prouⁱⁿ illis vi & uirtute Apostolici Statuti frui, Statuta aut^{em}
Apostolica sunt, qu^o Prouⁱⁿ Bethica in ordine ad gradus obtinet.

7 Si Magisterii, uel Presentatur^e gradus, quos Religiosus gaudet, extra numerum essent, &
supra numerum determinatum Prouⁱⁿ Bethice, necesse est ut eius collatio, ab speciali sedis
App^{ea} auctoritate dimanet, dispensante numerum, & postulationem Prouⁱⁿ, ut Religiosi
gratias, & priuilegiis Magistrorum, & Presentatorum fruantur; hec specialis auctoritas
Apostolica, debet peti & concedi semper quod supra numerum determinatum Prouⁱⁿ
in nouatur; quia licet M^gli alias possit instituere Magistros, & Presentatos, nec debet, nec
potest intelli, ubi talis facultas, & Apostolica quasi ordinaria, (ut ita dicam) (quam habet
M^gli) sunt restricta, & quasi ligata, ut contingit in Prouⁱⁿ Bethica: unde qui gradu
gaudet extra numerum, uel sit absolute talis, uel pro primo loco vacature, cum possessione
tamen & possessione actuali gratiarum, & exemptionum graduati debitorum, dum locum va-
cat, fruatur eis uirtute Apostolici Statuti legis Pontificis, & vi, & priuilegio concessionis Apo-
tolice, quibus suppositis, & notatis sic insurgo.

8 M^gli non ualeat uirtute, & auctoritate officii, nec uirtute auctoritatis quasi ordinari^e
(ut ita dicam) & annexi officio suo, derogare legem Pontificis, uel Statutum Apostolicum, cu^m
sit auctoritas officii sui inferioris ordinis, & Apostolica (quam habet quasi ordinariam, &
annexam), non est sufficiens, nec illi concessa, uel annexa in destructionem, sed in edificationem;
quod emere debet constare per cognitionem iuridicam caus^e; ergo non potest priuare, Magis-
terio, uel presentatura, eos qui uirtute, & priuilegio Statuti Apostolici illis fruuntur, sine
cognitione iuridica caus^e; antecedens est certum ut docent, & tenent quam pluri-
mis rationibus felleiros incap. cum accessissent. de const. n. 9. Nauarrus. cons. 8. de const.
Rodrig. t. 1. q. 10. art. 4. Miranda. t. 2. manual. Prelator. q. 29. art. 8. & Alii multi
Doctores. & Consequentia patet.

9 Si Magisterium, & Presentatura sunt supra numerum Prouⁱⁿ determinatum,
quocumque modo ex predictis sint, sunt licet non leges Papales, concessionis Apostolice,
his non potest priuare M^gli sine cognitione iuridica caus^e; ad cuius probationem, suppo-
nimus (non curando de aliis exceptionibus, & speciebus priuilegiorum) quod gradus Magis-
terii, uel Presentatur^e extra numerum, absolute loquendo ut priuilegium personale
& perit cum persona, cui concessum fuit, extra numerum vero cum ordine ad primum
locum vacaturum, cum possessione tamen actuali gratiarum, & exemptionum, est Priuilegium
reale, & perpetuum; ita si, Petrus ab angeli, & reddit rationem in Speculo Priuilegiorum
disp. 1. sect. 1. n. 4. Priuilegium reale transit de persona in personas sequendo semper
rem, locum, dignitatem, Religionem, & personam, cum quibus semper coniunctum ma-
net, & licet perpetuum, ratio est, quia primum respicit bonum commune, personale
bonum priuatum person^e & cum illa extinguitur. sed utrumque est Priuilegium remu-

meritarium laborum cathedre, uel predicationis. quo supposito fir inuenio.

Non valet M^r G^l priuare sibi subditos, priuilegiis remuneratoriis ab App^l sede con-
cessis, in premium laborum perceptorum, sine cognitione iuridica causæ, quia authoritas
uel officii sui, uel Apostolica (quam habet) quasi ordinaria, & anexa, non se extendit
ad talem priuationem, quia cederet in euerisionem, & inuersionem totius iustitiæ, maxi-
me remuneratiuæ, cum sit talis authoritas longe inferior, & Apostolica (quam habet
quasi ordinariam, & anexam) Concessa in edificationem.

Sed obicitur contra hanc ultimam rationem, & etiam aliquomodo contra primam: quod
gradus numerales, & extra numerales, pro primo loco vacaturo, conceduntur Prouincis,
non uero priuatis Religiosis, his namque Provia aptat, & Commodat, Postulans, & hæc
Postulatio subiicitur correctioni M^r G^l, qui applicat alios gradus, pro loco vacaturo, &
potest reformare, pro suo arbitrio applicationem, sine lesione concessionis Apostolicæ, que re-
spicit commune bonum.

Confirmatur hæc obiectio: nam certum est, Principem posse reuocare Priuilegium Con-
cessum, ut patet, in capitulo Suggestum. de decim. ergo M^r G^l cui Competit applicare pri-
uilegium singularibus personis, poterit, quando illi uidebitur expedire, reuocare appli-
cationem factam.

Respondetur ad obiectionem: quod P. Donatus. t. 1. tract. 6. de extensi. priuileg. attulit quer-
tionem interminis interrogando in 18. priuilegia concessa Monasterio, uel alicui ueruerita-
ti, an ad eum singulares personas separatim sumptas extendantur? & respondet affirmatiue,
quando priuilegia sunt talis nature, & conditionis, quod non possunt exerceri, nisi a sin-
gularibus personis, qualia sunt Priuilegia audiendi confessiones, predicandi, administran-
di sacramenta, indulgentias obtinendi & similia, que nisi ad singulares extenderen-
tur personæ, que similes actus exercerent, essent Priuilegia illusoria, & inutilia. =
Probatum ab iure P. Donato ex capitulo si sententia desententia excommunicationis. in 6. ubi
dicitur, quando alicui terre, populus interdictus, etiam singulares ex eo personæ in-
terdictæ intelliguntur, ne sententia interdicti effectu careat, cum diuini iudicii, &
sacramentorum perceptio, populo, & uniueris non competat. at si in odibili ita
euenit, multo melius infauorabili, & plauibili. itaque licet Priuilegia Magistris, &
Presentature sint concessa Prou. Bethice, cum Magistrum ut sit & in abstracto, & Pre-
sentatura ut sit & in communi, nequeant exercere opera, & actus suos, Nec Prouincia in
communi fungi gratiis & exemptionibus valeat, nam hæc necessaria exigunt singula-
res, & determinatas personas, quibus Commendentur, & quæ eis fruantur, & a quibus exer-
uantur, ut audire confessiones, predicare, etc. sequitur euidenter, Priuilegium, & Ma-
gisterii, & Presentaturæ, authoritate app^l, indultum descendere, & directe tangere sin-
gulares personas, & Consequenter non posse M^r G^l defectu potestatis eis sibi subditos
priuare. idem tenet Tobarrub. in cap. alma mater. p. 2. §. 1. post. n. 1. & patet ex l.
quod iuss. de reb. dub. & ex aliis plurimis textibus.

Ad Confirmationem respondetur: omnes Doctores (ut notatur ad Donato. t. 1. tract. 13.
de reuocat. Priuileg. q. 1.) Conuenire in eo quod Princeps valet reuocare priuilegium gratio-
sum, voluntarie Concessum, dummodo uero inueniantur legitime causæ reuocationis,
que quidem respicere debent bonum Commune, ut est publica utilitas, Salus animarum,
honor Dei, diuini cultus, quorum nullum in nostra reuocatione inuenitur; præterquam
quod priuilegium Magistris, & Presentaturæ, minime gratiosum, sed remuneratorium est, pro-
pterea indultum conditione.

15 De hac enim reuocatione priuilegiarum gratis & uoluntarie collatorum, sine causa cognitione facta, dato, & non concusso, quod substat, loquens Donatus ubi supra. n. 8. nihilominus per accidens peccat (intelligitur de Principe, uel superiori) secundum materiam grauitatem, ut ratione odii, scandali praeiudicii, & damni illati, quia Princeps sine iudicio, non potest suo solo arbitrio, & uoluntate, rem a subdito tollere, cuius rei dominium, aut ius, uel paterio penes subditum reperitur. Princeps enim unicuique tenetur iustitiam facere, & cuiusvis iura defendere, non autem auferre inuito Domino, & sine causa legitima. & circa hoc citat omnis canonistas incap. nouit. extra de iudiciis. Suarium. l. 8. delegib. c. 37. n. 10. Merollam t. 3. disp. 6. de priuileg. c. 7. dub. 7. n. 140. & alios, at si hoc Ordine inuenitur in priuilegiis mere gratiarum, quid dicemus de priuilegiis remuneratoriis, quomodo superior absque legitima causa cognitione poterit priuare, cum ex tali priuatione scandalum publicum, subditorum dedecus, detrimentum predicationis, cuius finis priuilegiis paliter intenditur, superioris odii, uel iniustitiae suspensio oriatur?

S. iij.

16 Ut haec ueritas magis elucidetur, respondemus objectionibus, quae uirtute legum, & ordinationum nostrae Religionis contra opponi possunt. primo in capitulo G. Romae anno 1656 declaratum fuit, & in capitulo anni 1670 confirmatum fuit, M^{tr} G^{li} ordinis praedicatorum posse authoritate propria ligare, et absolueri omnes & singulos fratres Praelatos, Priores, Provinciales, & Conuentuales, & alios quoscumque officiales, ac Prioris monasteriorum quoties sibi uidebitur, instituire, & destituere eorum officia, & auctoritates limitare, reuocare, prorogare, & aliis officiis remouere, & loco priorum alios, uel alias substituere, ac in curia Romana Procuratorem G^{li} instituire, & institutum ab officio remouere, quoties sibi, & suis subscrisoribus uidebitur expedire. quod omne confirmauit Sacra Regularium Congregatio per decretum expeditum die 23 Septembris, anni 1667. ergo si M^{tr} G^{li} potest sine cognitione causae, quod plus sonat, quale est priuare Priores conuentuales, & Provinciales etc. ordinis nostri, potiori iure poterit priuare duos sibi subditos, Magisterium, & presentaturam, quod minus est.

17 Ut respondeamus objectioni notari debet Doctrina Bañi de iust. & iure. ad q. 63. de acceptis. personarum. dub. 3. ad. 6. ubi ait: distinguenda sunt duo genera officiorum in Religionibus: nam quaedam simul officia & beneficia sunt, ut Praelatus, Prioratus, & officium lectoris, & huiusmodi absq^{ue} dubio, secundum legem iustitiae distribuenda sunt. alia uero officia sunt, quae dicuntur amouilia ad nutum, ut Supprioratus, vicarius etc. & huiusmodi non exiguunt rigorem iustitiae distributivae, quia potius arumuntur tales personae in quos maluerit sibi associare, dummodo non sit infestus, & damnosus Communitati. haec doctrina Bañi ^{adeo} certa & uera est, quod uirtute illius precepit Sacra Regularium Congregatio anno 1661 (em. ^{mo} Pallote Torrente) reuocari Lecturam Primariam s^{cti} Dominici Genuensium, cuiusdam Religionis illa priuato sine cognitione causae, nihil curando de supradicta ordinatione Reuerentibus Provinciali Lombardiae, & M^{ro} G^{li} Marinis adeam reuerentibus, & infauorem talis priuationis eam adducentibus, quo supposito.

18 Respondes primo, quod praedicta ordinatio loquitur & intelligitur de officiis, & officiis libus: & Magisterium, & presentatura nec sunt officia, nec Magistri, uel Presentati ab alio vocantur officiales, & in legibus uerba tantum valent quantum sonant.

19 Respondes 2. quod licet M^{tr} G^{li} ad nutum possit priuare Supprios, & vicarios, non

tamen Prelatos electione canonica sine cognitione causae: & in eo quod attinet ad Pro-
vinciales movit questionem interminis Donatus t. 4. tract. 12. variar. Resol. & in 52. interro-
gat: an P. G. possit Provinciale suum officio privare, ipso in audito, & non citato? & ait
negativa respondet, de iure naturali, divino, humano: quandoquidem omnibus anatu-
ra inditum est sed defendere: citatio autem est species defensionis, ut docent DD. scribentes in
I. final. c. delegibus.

in eo, quod ad Priores conventuales attinet, praeterquam quod Capitulum G. Romae anno
1639. praebuit formam huius privationis cum cognitione iuridica causae: idem praecipitur C. Mo-
nach. 2. de statu Monachorum. ibi. Priores autem cum in ecclesiis conventualiibus, per elec-
tionem capitulorum suorum canonice fuerint instituti, nisi pro manifesta, & rationabili
causa non mutantur, & causa rationabili, & manifesta includit & involvit necessario
cognitionem iuridicam.

Ex quo inferitur, quod verba praedictae ordinationis, non excludunt cognitionem iu-
ridicam causae, ad Prelatarum electuarum privationem, quia illa verba quoties sibi vide-
bitur, & quoties sibi et suis subessoribus videbitur expedire, non connotant absolutam po-
tatem, nameret tyrannidem exercere, sed iudicium viri prudentis: quod (ut avertit
doct. Paverinus de elect. canon. c. 33. n. 6.) iusta ius debet regulari, & ita declaratum est in
multis decisionibus ab ipso citatis, & haec regulatio necessario exigit, iuridicam causae cognitio-
nem quantum ad substantiam, licet non quantum ad apices iuris. itaque cum M. G. non
possit privare Priorem, vel Provinciale confirmatum ab eo, potiori iure non potest privare
gradibus Magisterii, & Presentaturae, Concessis via remunerationis, virtute Statuti, & Privi-
legii Apostolici.

Nec hoc minuit vel ledit auctoritatem M. G., cum nec minuat, nec ledat Pontificiam
longe superiorem; in cap. disceptis, v. de causa porsu. dicitur: nec nos contra inauditam partem
aliquid possumus definire. unde colligitur: hanc Privationem graduum sine cognitione
iudicis causae, & ipsis privatis in auditis, nec posse fieri a Summo Pontifice nisi de plenitu-
dine potestatis. in cap. caveant. 2. cons. 3. g. 9. ibi. caveant iudices ecclesiae ne absente eo,
cuius causa ventilatur, sententiam proferant, quia irrita erit; & in cap. omnia. 4. Sub-
sequenti. ibi. quoniam absentem nullus abdicat, id est nullus iudex punit, nec ulla lex
damnat. & clem. 8. in const. qui incipit, licitum dispendiis. verbo nullitas, praecipit; quod
in causis ecclesiasticis, ubi defuit citatio partis, nulle sint sententiae prolatae.

Nec in hoc nocet Religiosus obedientiae debitus Magistro G., qui principaliter in illa
ordinatione intenditur stabiliri, quia obedientia perfecta non debet excedere metam
professionis, ut in prima ratione probatum est. ita D. Bernardus tract. de precep. &
dispens. nec valeat extendere potestas imperantis, nisi quatenus attingerit votum
proficientis. excoibus prelatorum non adstringitur obedientia. 2. g. 2. Can. admonendi.
admonendi sunt subditi, ne plusquam expedit sint subditi, ne cum student, plus
quam necesse est, hominibus subiaci, compellantur vitia eorum venerari. observetur
hoc, & in cognitionem veniemus perfectae obedientiae.

Sed contra opponitur etiam potest: quod Magister, & Presentatus licet sint tales,
sunt tamen Religiosi, & hi (ut patet) non habent proprium velle, aut nolle, &
ita debent subiaci voluntati prelatorum, & Magisterium, & presentaturam adeorum
nutum deponere.

Respondetur primo Religiosos non habere velle, aut nolle, intelligendum est de

rebus omnibus illis, quæ per professionem subiecerunt voluntati prelatorum, non in
his subcumbit, & deficit propria voluntas, non tamen in aliis, quæ non subiecerunt, ne
abrogauerunt, ut materis honorificæ cum honore sancto, ut dictum est supra. = 2. Respon-
ditur non habere Religiosos uelle, aut nolle intelligendum est in officiis manualibus, ut ex di-
trina allata Banes colligitur, non tamen in officiis electiui, hæc namque firmum ius stabilunt, &
constituunt, quominus Religiosus spoliari potest sine cognitione iuridica causæ. cap. Monach.
de statu Monachor. & cum Magisterium, & Presentatura, huius sint conditionis, & quali-
tatis nullatenus sine cognitione causæ, a M^{ro} G^{li} possunt auferri. §. retinendæ instituta
de interdictis cap. cum uenissent de institutionibus toto. tt. ff. uti possidetis; interminis
Religionis Monaldus Concil. 104. n. 22. & 23. uolumine 2. interminis Provincialis.
nempe quod non potest spoliari sine cognitione causæ, Valencuela, Velasquius, cons. 44.
ex n. 1. Barboz. tt. 3. voto 97. ex n. 2. cum sequentibus, quorum ratio dimanat, ex
quod omnis priuatio acquisiti iuris gignit notam & infamiam, & reddit spoliatum
indignum, & incapax illius dignitatis, & alterius cuiuscumq. Text. in cap. Testimo-
nium de testibus: cap. super eo. de election. Barboz. voto. 36. ex n. 16. cum ergo tanti
scandalis, & detrimenti occasio sit, & tantum ledatur spoliati honor, & fama non potest exe-
cutioni mandari sine citatione persone Barboz. ubi proxime n. 15. Robadilla. l. 1. c. 16.
ex n. 6. cum sequentibus.

26 etiam oportet potest M^{ro} G^{li} ordinis predicatorum. posse restringere, uel totaliter tolle-
re a subditis usum Priuilegiarum virtute facultatis Concessæ per Leonum X. Patri G^{li} mi-
nerum; & per Greg. 13 G^{li} iesuitarum, quibus concessionibus, & ceteris omnibus priui-
legiis communicat cum illis Religionibus; ergo tenet factum, & priuatio facta per M^{rum} G^{li}
Predicatorum etiam si reuocatio sit priuilegii remuneratorii, hoc enim potest reuocari: ut
ait Donatus tom. 1. tract. 13. de reuocat. Priuileg. q. 9.

27 Respondetur: quod facultas, quam M^{ro} G^{li} predicatorum habet virtute partici-
pationis, uel alterius cuiuscumq. tituli restringendi, uel auferendi a subditis usum priui-
legiorum quam plures habet restrictiones; & ad intentum sufficit dicere quod hoc debet
fieri cum legitima causæ cognitione ut Donatus toties avertit tract. citato, & in nostro casu
non inuenitur causa iuridice cognita, declaratoria iustificationis huius priuationis. nam
cum authoritas M^{ri} G^{li} inferior sit, quam Pontificia, ut dictum est, & patet, non potest
contrariari decretis superioris. cap. cum inferior de maiestate & obedientia cap. cum uenissent
de interdictis; Caneius variar. Resol. p. 2. c. 2. ex n. 314. Rota dec. 293. n. 2. p. 2.
Barboz. ubi supra ex n. 62. infertur euidenter, quod authoritas, quæ in illis Conces-
sionibus tribuitur M^{ro} G^{li} predicatorum, non ad restrictionem, uel priuationem pri-
uilegiarum ad nutum, sed supposita legitima & iuridica causæ cognitione, alias cum
authoritas collata in destructionem, & non in ædificationem, & quasi illusoria
sonaret expeditio priuilegiarum Summi Pontificis. quod absit.

28 Priuilegia remuneratoria (asserit Donatus ubi supra. q. 12.) posse reuocari, dum-
modo reuocatio fiat ex iusta & subsistente causa. citat Baldum. in l. Donation. cap. de
donat. inter vir. & uxor. & Piraguell. in tract. de pen. temp. in prefat. n. 21. Hæc
causa (asserit n. 3) debet respicere publicam utilitatem principaliter non autem
secundario. citat Menochi. cons. 156. n. 48. & Suar. delegib. l. 8. c. 37. n. 9. & in
nostro casu, nulla est causa, quæ principaliter respiciat bonum commune, nec cog-

nitio iuridica causæ, imo potius nec minima causa. quæ tandem (asserit n. 5.) debet
probatæ, & non presumptæ, sed coniuncta cum debita re compensatione. quæ nullatenus
inuenitur in presenti. & notandum est, quod cum Magisterium, & Presentatura tribu-
antur titulo lectionis uel predicationis tanquam præmiū debitum & Correspondens me-
ritis, induant rationem Contractus irreuocabilis, sine cognitione causæ, & de plenitudine
potestatis. Castillo t. 7. de tortis. cap. 18. ex n. 149. & omni communiter. unde constat
evidenter non posse Magistrum gl. virtute alicuius Concessionis priuare Magisterio
& presentatura sine cognitione causæ. quando enim causæ subsistunt vere & realiter
& respiciunt bonum commune, tunc priuatio priuilegii non est proprie & rigore pri-
uatio, sed potius interpretatio, ut ex multis probat Suarius l. 8. delegib. c. 37. n. 5.

Ultimo potest oponi: quod M. G. ^{pro}perat predictos duos Religiosos motus cau-
sis respicientibus bonum commune Religionis, uel Pro. & uel aliis finibus, quos non
expedit manifestare, & quorum rationem reddet, cum uidebitur expedire, uel quando
ab eo petatur; & ita factum tenet.

Respondetur: quod huiusmodi operatio ita iusta eret, ac si iudex, uel Governator
aliquem (quem uellet ad libitum) morte damnaret sine cognitione iuridica causæ, as-
serens se detali damnatione redditurum esse rationem quando ab eo petatur, uel q.
Gubernationis sue rationem referret, & hæc vere vocaretur hispāno idiomate Justi-
cia decatalanes. nam licet verum sit, quod Prelati possint facere aliquas priuationes
officiorum, sine eo quod reddant rationem earum, non uero illarum, quæ cedunt in
detrimentum fame, & honoris spoliatorum, ut in presenti ut patet ex rationibus, &
iuribus adductis, nam si expedit observatio secreti, causarum uel sint ciuiles, uel
criminales, hæc non tollit, quod seruetur secreto, quantum possibile est seruari, &
non curando de rimulis, & apicibus iuris, in scriptis redarguatur, qui iudicatur
reus, uocatur, citatur, audiatur, ut constat ex omni iure, ex legibus nostris, & ex supra-
dictis, ori. sufficienter exoneretur & satisfecerit impositionibus, non ultra Contra eum in-
surgendum est, alias liceret cuilibet iudici interficere, & in honore quemquam ad libitum
affirmanti se habere occultas causas, quæ non decet ut propalentur, absurdum ansem
prebere. ultionis, odii, iniustitiæ, & cogitatu alienum. ita. Saluo est.
finis